CXIX. *Monte Milone. Rambona.*

Agrum, in quo sunt Monte Milone oppidum et abbatia Rambona, comprehensum fuisse opinor pertica Urbisalviensi; satius tamen visum est paucos titulos ibi repertos seorsum proponere.

5560 apud Montem Milonem oppidum ad marmoream basim quattuor boum capitibus insignem CYRIACVS (PAND. et MED.); ad basim in platea fixam CYR. (NEAP.). *Nella piazza* LIL. — Potentiae (voluit Pollentiae) MVR. errore.

L · HOSTILIO · L · F · AEM · TVLLO
FIL
DECVR rosa VRBE
SALVIA

Cyriacus cod. Neap. f. 22 et cod. Pandulphiniano f. 83 et cod. Med. 80, 22 f. 326' inter epigrammata missa Philelpho; ex compilatoribus Cyriacanorum nullus habet. Ubaldus cod. Angel. f. 51 (inde Macci II f. 27 ex libro ms.; Civalli *visita triennale* apud Colucciuni 25, 75) eodemque exemplo Manutius cod. Vat. 5237 f. 70. 90 (inde Don. 5, 116, Fabrett. 709, 302, uterque ex schedis Vaticanis); Lilius Camer. f. 78 (inde Mur. 707, 7); Compagnoni *Regg. Pic.* p. 33; Lupi cod. Vat. 9143 p. 31 cui descripsit Archangelus Arcangeli; Catalani *orig. Ferm.* p. 86 ab Ant. Lazzarini; Lancellotti ms. f. 102 et apud Raffaellium; Colucci 12, 163; Fea ms. f. 405.

Vv. ordinem etiam Cyriacus observat.

5561 fragmentum Rambonae.

Servanzi:	*Raffaelli:*
DM	. . . . M . . .
E CAR	L · CAR . . . .
NILLI	NI · LI · I . . .
FILIO	F E L I C . . .
VIR	III · VIR . . . .
LI	EIV . . . .

Servanzi-Collio misit Borghesio a. 1853; mihi dedit Raffaellius descriptam ab abbate Petro Paulo Torelli Massacciensi.

5562 cippus. Apud Horae Bonae abbatiam CYR. In abbatia Rambonae in confinio territoriorum Sanseverini et Montemilonis RAFF. COLL. Rep. saec. XVII sub altari principe ecclesiae Arabonensis iussu Antonii Barberini cardinalis Camillo Lilio exorante; hodie Sanseverini in domo comitis Servanzi-Collio GENT. In ea domo, scilicet quae ad forum est, vidi EGO.

· D · M ·
M · SICINI · M · FIL
VEL · OLYMPIAN
VIXIT · ANN · XVII
patera MENS · VIII urceus
DIEBVS · IIII
NVMISIA · TER
TVLLINA · FILIO
PIENTISSI
MO

Descripsi. Cyriacus cod. Neap. f. 23 et cod. Med. 80, 22 inter ea quae Philelpho misit. Item amicus nescio qui misit F. M. Raffaellio. Ed. primus I. C. Gentilius de eccl. Septempedana 2 (1837) p. 100, usus schedis adservatis apud Ranaldium. Habent schedae Collii.

8 TVLLINIA ego calami errore opinor, TVLLIANA Collius.

5563 Rambonae nuper rep.

IO
IONI · pATRI
I · FRATRI
O · ARTIFICIO
TA MAIE REM · MEAM

Philippus Raffaelli misit Instituto a. 1872.

Hiatuum notam addidi. — 2 IONIIATRI traditur. — 4. 5 tale quiddam subest: *[quo me]o artificio . . . . [i]ta ma[l]e rem meam . . . .*

CXX. TOLENTINVM (*Tolentino*). *Tribu Velina.*

Tolentinum (sic cum una *l* tituli domestici tres n. 5565. 5569. 5570 et Urbisalviensis n. 5542; *Tollentinum* Taurinus vol. V n. 6991), cuius ethnicum varie formatur *Tolentinas* (sic titulus infra n. 5570; Plinius 3, 13, 111, ubi *tolenas* Lugd., *tollentinas* Ricc.; *Tollentinates* titulus Taurinus citatus), *Tolentines(is)* (infra n. 5565), *Tolentinus* (index coloniarum p. 226. 259), rem publicam habuit certe cum Plinii index urbium Picenarum confectus est, item cum scripti sunt duo tituli modo citati Urbisalviensis et Taurinus, in quo nominatur *patronus [rei] p(ublicae) Tollentinatium.* Quam ob rem cum inveniantur item *pagani pagi Tolentines(is)* in tessera paganica n. 5565 scripta aevo labente, fortasse extra Tolentinum, fere ut Pompeiis, suburbanus pagus fuit ab ipso oppido diversus. Magistratus nulli adhuc innotuerunt; innotuerunt *collegium fabrorum tignuariorum* n. 5568 et *sexviri* n. 5569. Tribum prodit n. 5567.

5564 litteris altis mill. 8. *Si trovò nel territorio di Tolentino l'anno* 1819 *in un torrente chiamato Lentogge*; deinde Recanati in domo Leopardi LEOP. Ibidem adhuc.

m. heluius PROCOS *Quans de celtiberis .... a. dliix*
q. minu CIVS · THERMVS · *Procos. ex hisp. cit.... a. dliix*
m. porci VS · CATO · PRO · COS · *ex hispania cit..... a. dlix*
t. quinct IVS · FLAMIN *inus ex macedonia .... a. dlix*

Descripsi. Mon. Leopardi *libri manoscritti esistenti nella casa Leopardi* (Recanati 1826) tab. 3; Henzen ex ectypo gypsaceo *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 65 et vol. I p. 476.

Supplevit Henzenus. De proconsulatu M. Helvii vide quae exposui *Staatsrecht* 2^2 p. 628.